



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XVII. Das Kloster Ebsdorf verkauft seine Güter in Grieben, ausgeschlossen die Vogtei, und sechs Hufen in Abbendorf mit der Vogtei an das Kloster Diesdorf für 105 Mark, 1263.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

uimus ecclesie beate virginis in Distorp unum chorum filiginis cum omni iure proprietatis in villa abbendhorp in manso, quem possidet christianus de Gribene, in recompensatione vnius marce denariorum, quam ab ecclesia nostra comparauerat beate memorie prepositus thidericus. Vt autem hoc factum nostrum ratum et stabile perseveret, presentem paginam inde conferibi fecimus, sigilli nostri appensione roboratam. Testes huius rei sunt dominus Johannes de vllefen, Dominus henricus de witigge et alii duo sacerdotes nostri, dominus henricus de Schvfen Et alii quam plures. Acta sunt hec anno graciae M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXII<sup>o</sup>.

XVII. Das Kloster Ebsdorf verkauft seine Güter in Grieben, ausgeschlossen die Vogtei, und sechs Hufen in Abbendorf mit der Vogtei an das Kloster Diesdorf für 105 Mark, 1263.

Johannes, dei gracia prepositus, et G., priorissa, cum unanimitate tocius conuentus in Ebbekeftorp Omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in domino. Cum rerum et temporum uarii sint euentus et in rebus humanis nichil perfectionis esse possit, discretio adhibenda et cautela, ut nostris gesta temporibus, ne a sui tenoris constantia recedant, certis scripture noticiis perhennentur. Notum igitur esse tam presentis quam futuri temporis cupimus vniuersis, quod nos unanimi consilio et consensu tocius capituli nostri dimisimus Ecclesie in Distorp sub titulo uendicionis bona, que habuimus in villa Gribene, cum omni iure, excepta aduocacia filiorum domini Jakeze et quatuordecim solidis scilicet in Gribene, et sex mansos sitos in Abbendorf cum aduocacia et proprietate et omni iure, Receptis centum et quinque marcis brandenburgensis argenti a domino Friderico preposito ecclesie supradicte. Et ne super hiis imposterum aliqua suboriri possit dubitatio, presentem paginam inde conscriptam et sigilli nostri impressione communitam ecclesie prefate diximus in testimonium erogandam. Testes huius rei sunt dominus Johannes monachus de vllefen, Dominus henricus sacerdos dictus leo, Christianus de Gribene, henricus de witigge et alii quam plures. Acta sunt hec anno graciae M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>. III., Indictione sexta.

XVIII. Das Kloster Diesdorf bekundet den ihm Seitens Otto's des Aelsteren, Edlen Herren von Hadmersleben, geschehenen Verkauf des Dorfes Dankedessen, am 10. Juni 1264.

Fridericus, dei gracia prepositus, et Conuentus in Distorp Omnibus in perpetuum. Cum per nos siue per alios ad honorem dei aliqua feliciter ordinantur, necessario requiretur, ut ea per autentica scripta et per uoces testium posterorum noticie commendentur. Scire denique debent tam presentis quam futuri temporis uniuersi, quod dominus Otto, senior nobilis, dictus de had-